



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Pivs Papa IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

A etiam Cardinalatus dignitate præfulgeant, nullis alijs desuper habitis, super non tuto vel non libero accessu, huiusmodi informationibus (receptis tamen summarie & extrajudicialiter quantum ipsis Inquisitoribus sufficere videbitur prius indicijs) etiam per editum in valuis palatii officii sanctæ inquisitionis, & Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, ac in Cancellaria nostra Apostolica, & acie Campi Floræ tantum per vnum ex nostris Cursoribus, vel etiam in locis finitimis terrarum in Italia consistentium, nobis & eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediate subiectis, prout ipsis Inquisitoribus visum fuerit, assignandum, & publicandum citent, moneant & requirant, vt intra certum, & competentem terminum eis ipsorum Inquisitorum arbitrio præfigendum sub excommunicationis latæ sententia, suspensionis à diuinis, & priuationis etiam à Cathedralibus ecclesijs, & quibuscunque dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis, ac officijs & ordinibus quæ obtinent, & in quibus constituti existunt, & inhabilitatis ad illa & alia quæcunque in posterum obtinenda, necnon confessionis criminum hæc eis obiectorum, aliisque tam ecclesiasticis quam temporalibus, etiam pecuniarijs, & bonorum confiscationis, ac corporalibus, & etiam relapsus, & alijs per ipsos Inquisitores imponendis

B pœnis, coram ipsis personaliter & non per procuratorem, defensorem, vel excusatorem aliquem compareant, & se à criminibus prædictis expurgent, & si in termino prædicto non comparuerint, & se à dictis criminibus legitime non expurgauerint, ad obseruationem terminorum ad docendum se dictis litteris citatorijs & monitorialibus paruisse, pro sententia declaratoria incursum censurarum & pœnarum in eiusdem libris contentarum ferenda seruati solitorum, ac etiam in causa ipsa criminis hæresis inquitendo ad receptionem probationum pro diffinitiva super crimine etiam contra absentes, sic vt præfertur monitorijs ferenda sententia, vsque ad ipsius sententiæ ferendæ calculum procedant, ac demum processum omnem nobis, vt ad sententiæ, quæ iusta visa fuerit, prolationem deuenire possimus in Consistorio nostro secreto referant. Nos enim citationem & monitionem per publicum edictum, vt præfertur, decernendas & exequendas prædictas, dictos sic citatos & monitos perinde actare, ac si personaliter citati forent, illaque ac processum desuper habendos, sententiasque inde ferendas validos & validas fore: Sicque per quoscunque iudices & commissarios etiam causarum palatii Apostolici Auditores in quavis instantia, sublata eis & eorum cuiuslibet quavis aliter interpretandi & diffinendi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: Irritum quoque & inane, quidquid secus super iis à quoquam quavis auctoritate scierit, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac palatii nostri stylo etiam certam aliam formam, quoad citationes per edictum decernendas & exequendas, inducentibus, quibus illorum omnium tenores præsentibus pro sufficiente expressis habentes, & hac vice dumtaxat, illis alijs in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus ceterisque contrarijs, quibuscunque. Nullis ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre commissionis, mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Septimo Id. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glotierius.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

HeCunyn.

P I V S P A P A I I I I.

Breue S. D. N. Pij Papa Quartii, super reuocatione licentiarum datarum legendi libros hæreticos, & prohibitos.

Nullus tamen si Episcopali, Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate præfulgeat, prætextu cuiuslibet facultatis à quocunque concessæ, potest legere libros hæreticos & prohibitos, exceptis Inquisitoribus & eorum commissarijs à sede Apostolica deputatis. bibliopola vero, & quicumque tales libros habuerint, debeant eos realiter & cum effectu Inquisitoribus assignare sub pœnis in hæreticis latis.

Pius Papa quartus, ad perpetuam rei memoriam.



VM pro munere, quod sustinemus, id præcipue nobis propositum habeatms, & omni studio, diligentiaque curemus, vt omnes Christi fideles tam, grauidis calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide contineamus id agere, & providere necesse est: vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Nemini aut mirum videri debet: si Romanus Pontifex nonnunquam facultates aliquas, quas ipse vel prædecessores eius probabili aduerti ratione concesserint, postea reuocet, cū ipso rerum vsu edoctus animaduertit, eas iustiore de causa esse reuocandas. Ad notitiam nostram peruenit ex data nonnullis licentia habendi, & legendi libros hæreticos, aut de hæresi suspectos, ad hæreses, & errores, qui in eis libris continebantur, refellendos: non taro euenire solere, vt illis ipsis

Edita anno Domini 1564.

Ex bibliotheca Illustriss. Ill. Antonij Sæntoni Card. Sanctæ Senerinae.

eorum librorum lectio neceat, quibus ob eam causam concessa fuerit, ut alijs prodesse possent, illis ip-
 sis hæresibus, & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus se alios re-
 nocaturos esse confisi fuerant. Huic rei prouideat, & animatum periculo, quantum fieri potest pro pa-
 storali sollicitudine occurrere cupientes, cogitantesq; nobiscum, nupet in sacro generali Concilio hæ-
 reses horum temporum ita confutatas, atque damnatas fuisse, ut tanta Synodi auctoritas, cuius decre-
 ta huius sanctæ Sedis auctoritate eum deliberatione matura confirmata, & comprobata sunt, ad vitan-
 dos errores & catholica fidei veritatem agnoscendam sufficere omnibus debeat, nec vilius præterea
 confutatio requirenda sit: prædecessorum nostrorum, præsertim Fel. rec. ubi III. & Pauli III., vesti-
 gijs insistentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac deliberatione matura, omnes, & singulas
 facultates habendi, & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, seu de heresi suspectos,
 omnibus tam clericis secularibus, aut regularibus, quam laicis cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel
 conditionis sint, etiam si episcopali, archiepiscopali, aut alia maiori ecclesiastica, seu seculari dignitate
 præfulgeant (Inquisitoribus & commissarijs hæreticæ prauitatis à sede Apostolica deputatis, quoad
 eo, officio fungentur, exceptis) a nobis aut quocunq; prædecessorum nostrorum, seu Apostolicæ se-
 dis legatis maioriuè Penitentiario, vel quibuscunq; alijs, quibuscunq; verborum formis, & clausulis,
 etiam derogatorijs derogatorijs, irritantibusq; & alijs decretis quomodolibet etiam motu, & scien-
 tia simili ad hoc tempus concessas, auctoritate Apostolica tenore præsentium reuocamus, & pro reuo-
 catis, & irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, & haberi volumus, inhibentes om-
 nibus sub censuris, sententijs, & penis tam à sacris canonibus, quam à sede Apostolica ad hoc tempus
 constitutis in eos, qui huiusmodi libros legant, aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus uti,
 neuè vllos omnino libros huiusmodi improbatos, & prohibitos, aut quos in posterum à sede Apos-
 tolica, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, aut locorum ordinarijs improbari, prohiberiq; contigent,
 legere, habere, & quacunque de causa audeat. Impressores autè & bibliopolas, & alios, quicunq; eius-
 modi libros habent, habuerintuè (Inquisitoribus, & commissarijs ipsdem duntaxat exceptis) mone-
 mus, & cuiilibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena incurfus criminis hæresis, & alijs cõ-
 tra hæreticos à iure inflictis, & irrogatis tam ecclesiasticis, quam temporalibus sententijs, censuris, &
 penis præcipimus, ac mandamus, ut eos libros intra sexaginta dies à die, quo hæc litteræ publicatæ fue-
 rint, numerandos, quorum viginti pro primo, & monitione canonica eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ci-
 uitatibus, in quibus ij libri sint, tradant, atq; consignent. Non obstantibus constitutionibus, & ordi-
 nationibus Apostolicis contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem
 sit sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas nõ
 facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ut vero hæc
 litteræ, & quæ in eis continentur, ad omnium quorum oportet notitiam pertineant: nec quisquam ea
 exexcutione uti possit: quod illa ignorauerit, volumus, & mandamus, ut in Basilica Vaticana princi-
 pis Apostolorum, & in ecclesia Lateranensi tunc, eum in eis populis, & Missarum solenni bus inter-
 sit, congregari solet, palam clara voce à curiæ nostræ Curseribus, seu Notarijs aliquibus publicis reci-
 tentur, & postquam recitata fuerint, ad Valvas earum ecclesiarum, itemq; Cancellariæ Apostolicæ, &
 in loco solito Campi Floræ assignantur, ibiq; quo legi, & omnibus innotescere possint, aliquamdiu re-
 linquantur: Transumptis quoq; earum quæ manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptaue, & si-
 gillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita fuerint, ut sine du-
 bitatione vlla fides habeatur, mandamus, atque decernimus. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub
 annulo piscatoris, die 24. Martij. M. D. LXIII. Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellinus.

Anno à Natiuitate Domini M. D. LXIII. Indictione vij. die vero. vij. mensis Aprilis, Pont. S. in
 Christo patris, & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ quarti, Anno quinto. Retroscriptæ litteræ, le-
 ctæ, & recitatae fuerunt alta & intelligibili voce, ac affixæ & dimisse fuerunt in locis retroscriptis, di-
 missis etiam ibidem copijs affixis, & alias in omnibus & per omnia, iuxta illarum formam, & tenorem
 per nos Thomam Roger, & Jacobum Carra præfati S. D. N. Papæ Cursores, & Bartholomæus Sottocasa Magister Cursozum.

PIVS PAPA IIII.

Approbatio Indicis librorum prohibitorum, cum regulis confectis per Pa-
 tres à Tridentina Synodo dilectos.

Nemo legat libros in Indice comprehensos, Index cum præfixis regulis custodiat: qui libros pro-
 hibitos ob hæresim aut hæresis suspicionem legerit, ipsa iure manet excommunicatus: & ob id eum
 tanquam in suspectum de hæresi procedi potest: qui libros alia de causa damnatos legerit, mortaliter
 peccat, & arbitrio episcoporum grauiter est puniendus.

Pius